

Filium patridꝫ rogatus indulget & frater saepe fratris ora
tione seruetur. Apostolus uero totius ecclesiae precibus con
ceditur ob eorum qui eum audituri sint utilitatem; & hoc
donum non tam in eum dicitur esse qui differtur ad mar
tyrio ad martyrium praeparatus: quam in eos ad quos apl̄s
mittitur. Quod autem crebro paulus in carcere fuerit & de
uinculis liberatus sit: ipse in alio loco dicit. In carceribus fre
quenter de quibus non numquam dn̄i auxilio crebro ipsis per se
quutoribus nihil dignum in eo morte inuenientibus dimit
tebatur. Nec dum enim super nomine xp̄ianos enatus consul
ta processerant. Nec dum xp̄ianum sanguinem neronis
gladius dedicaret; Sed pro nouitate praedicationis siue a iudae
is inuidentib; siue ab his qui sua uidebant idola destrui ad furorē
populis concitatis missi in carcerem rursum imp&u & furore
deposito laxabantur; & hoc ita esse ut dicimus apostolorum
acta testantur. In quibus & felix loquitur ad agrippam potu
isse dimitti paulum si non appellasset ad caesarem. & quia nullā
inuenerit causā praeter quaestiones quasdam de religione
propria de quodam ihū quem paulus uiuere praedicaret;
ex quo anim aduertimus. & ac & eris iudicibus similiter eos
potuisse dimitti. id agente dn̄o ut in toto orbe noua praedica
tio disseminaretur. SALUTAT TE EPAFRAS CONCAPTI
UUS MEUS IN XP̄O IHŪ. MARCUS ARISTHARCUS. DEMAS.
LUCAS COMPARATORES MEI. Id quod in principio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Erzbischöfliche Diözesan- und Dombibliothek Köln
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dbk_cod58/0329